

nim quando pluerit, terra madefit, non tamen statim, si madida est, pluit. Potest enim aliâ de causâ madere. Sic: *mel est flavum: E. O. flavum est mel. Paulus habet instructam Bibliothecam: E. est doctus. Petrus noctu vagatus est per plateas. E. aliquid furatus est.*

### EXEMPLA.

1. *Si Moses in Scripturâ Sacerdotis nomine insignitur, utiq; dicendum est, quod non solus Aaron, sed etiam Moses summus in V. T. Sacerdos fuerit.*

*Sed verum prius ex Psal. 99. v. 6. ubi hæc verba habentur; Moses & Aaron inter sacerdotes ejus:*

*E. Et posterius verum est. Argumentum est hoc Gretseri & Hungeri Jesuitarum, quod in Colloq. Ratisp. Sess. 2. vehementer urserunt.*

Resp. 1. distingvenda sunt tempora. Moses ante Aaronis inaugurationem fuit Sacerdos, non quidem Ordinarius, sed extraordinarius (quia à Deo sacrificare, aliâq; officia Sacerdotalia peragere extra ordinem.